KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego

Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Balduini I. Flandri Imperatoris Augusti Rescriptum de praecellentia Imperij et obedientia Sacerdotij.

DD. IX. 8-41

Balduinus Dei gratia fidelissimus Imperator Constanti-
nopolitanus à Deo Coronatus Romanorum Moderator et Semper
Augustus, Innocentio III Sanctâ Romanâ Ecclesiâ Sumo Pon-
tifici et Universitati Papa.

Miratur nostra Imperialis Sublimitas quod nos tua Sancti-
tas ausa fuit in suis litteris increpare, cum meminisse debueris,
quod non dnus Imperatoris sed subditus sis, et Imperium Sacerdo-
tio dignitate ac potestate praeferendum esse, juxta id quod bea-
tus Petrus Apostolorum Princeps scripsit praecipiens:
Subditi estote omni humanâ creaturâ propter Deum, sive Regi
tanquam praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis, ad
vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.
Ex qua auctoritate Apostolica triplex patet argumentum;
Primum ex eo quod dicitur, subditi estote: Secundum ex eo quod sequitur,
Regi tanquam praecellenti: Tertium ex eo quod est subsequenter
adjunctum, ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum;
Per Imum probatur atque constat, subesse Sacercerdotium, per
2dum Imperium praeminere, per tertium Imperatorem tam in
Sacerdotes quam in Laicos jurisdictionem, imo etiam gladij po-
testatem accepisse. Cum enim et boni quidam sint Sacerdotes,
et quidam eorum malefactores existant, is qui secundum Aposto-
lum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem vero
bonorum, imo malefacientes presbiteros et eorum excessus pra-
emptos potest ultore gladio vindicare, cum inter praesbyte-
ros et alios Apostolus non distinguat.

Philippi pulchri Regis francorum, et sub Alberto Imo Cæsare S: R: I: in Regno Arelatensi Vicarij Generalis Rescriptum.

De superiorioritate Regia et Collatione beneficiorum Ecclesiasticorum ad Jus Regium pertinente.

Epistola Papæ:

Bonifacij Episcopi, Servi servorum Dei, Philippo francorum Regi, Deum time et mandata ejus observa, Scire te volumus quod in Spiritualibus et temporalibus nobis subes: Beneficiorum et prǽbendarum ad te Collatio nulla spectat: et si aliquorum vacatiam habes, fructus eorum Successoribus serves et si quæ contulisti, Collationes tales irritas decernimus et quantum de facto processerunt revocamus. Datum Laterani IIII Nonas Decembr. Pontificatus nostri ejusdem nois 8 vus.

Responsum Regis

Philippus ejusdem nois secundus Dei gratia fracorum Rex Bonifacio Se gerenti pro Summo Pontifice Salutem modicam sive nullam. Sciat tua maxima fatuitas in temporalibus nos alicui non subesse, Ecclesiarum et prǽbendarum Collationem ad nos jure Regio pertinere, et fructus eorum vacatione durante nostros facere Collationes a nobis hactenus factas et imposterum faciendas fore validas: et illarum vigore, possessores contra omnes viriliter nos tueri, secus credentes fatuos et dementes reputamus. Datum etc: a. 1302.

Henrici 7 Luzelburgij Imperatoris Augusti Rescriptum de Juramento Imperatoris Pontifici non prǽstando ad Clementem V: Papam.

Novi exempli res esset nec usurpata antecessorum temporibus Principem Principum, ac orbis terrarum Dnum, Servo Servorum fidelitatis Juramento obstringi; A 1311:

KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

ksiaznica@kc-cieszyn.pl